INdicativo modo temp. præſenti Edo, edis, vel es, edit, vel eſt. Et plur. edimus, editis, vel eſtis, edunt. Præt. imperfecto edebam, edebas, edebat. Et plur. edebamus, edebatis, edebant. Præt. perf. edi, ediſti, edit. Et plur. edimus, ediſtis, ederunt, vel edere. Pr. pluſquam perf. ederam, ederas, ederat. Et plur. ederamus, ederatis, ederant. Futuro edam, edes, edet. Et plur. edemus, edetis, edent. Imperativo modo temp. præſ. ad ſecundam, & tertiam perſonam ede, edat. Et plur. edamus, edite, edant. Fut. edito tu, edito ille. Et plur. editote, edunto. Optat. modo temp. præſenti, & præterito imperf. utinam ederem, ederes, ederet. Et pl. utinam ederemus, ederetis, ederent. Præt. perfecto utinam ederim, ederis, ederit. Et plural. utinam ederimus, ederitis, ederint. Præter. pluſquam perfecto utinam ediſſem, ediſſes, ediſſet. Et plur. utinam ediſſemus, ediſſetis, ediſſent. Fut. utinam edam, edas, edat. Et pl. utinam edamus, edatis, edant. Subjunct. modo tempore præſ. cùm edam, edas, edat. Et plural. cùm edamus, edatis, edant. Præt. impef. cùm ederem, ederes, ederet. Et plur. cùm ederemus, ederetis, ederent. Pr. perf. cùm ederim, ederis, ederit. Et pl. cùm ederimus, ederitis, ederint. Præt. pluſq. perf. cùm ediſſem, ediſſes, ediſſet. Et plural. cùm ediſſemus, ediſſetis, ediſſent. Fut. cùm edero, ederis, ederit. Et pl. cùm ederimus, ederitis, ederint. Infinit. modo tempore præſenti, & præter. imperf. edere, vel eſſe. Præt. perf. & pluſq. perf. ediſſe. Fut. eſurum eſſe. Gerundia, vel participalia nomina ſunt hæc: edendi, edendo, edendum. Supina ſunt hæc eſum, eſu. Quot participia trahuntur ab

hoc verbo neutro? Duo. Quæ? Edens, & esurus. Edens unde formatur? A prima persona præteriti imperfecti indicativi modi. Quomodo? Edebam, bam in ens, fit ens. Esurus unde formatur? A primo supino. Quomodo? Esum, ablata litera m, & addita rus, fit esurus.

VErbo impersonali tempore præsenti editur. Pr. imperfecto edebatur. Præt. perfecto esum est, vel fuit. Præt. plusquam perfecto esum erat, vel fuerat. Futuro edetur. Imperat. modo tempore præs. edatur. Futuro editor. Optativo modo tempore præsens, & præt. imperf. utinam ederetur. Præt. perfect. utinam esum sit, vel fuerit. Præt. plusq. perf. utinam usum, esset, vel fuisset. Fut. utinam edatur. Subjunct. modo tempore præsenti cùm edatur. Præter. imperf. cùm edetur. Præter. perfecto cùm esum sit, vel fuit. Præt. plusq. perf. cùm esum esset, vel fuisset. Fut. esurum erit, vel fuerit. Infinitivo modo temp. præs. & præter. imperf. edi. Præt. perf. & plusq. perf. esum esse, vel fuisse. Futuro esum iri.

EO, ibam, ibo, ito, utinam irem, utinam eam, cùm eam, cùm irem, ire. Ivi, iveram, utinam iverim, utinam ivissem, cùm iverim, cùm ivissem, cùm ivero, ivisse.

INdicativo modo temp. præsenti Eo, eis, eit. Et pl. imus, itis, eunt. Præt. imperfecto ibam, ibas, ibat. Et plur. ibamus, ibatis, ibant. Præt. perfecto ivi, ivisti, ivit. Et plur. ivimus, ivistis, iverunt, vel ivere. Præt. plusquam perfect. iveram, iveras, iverat. Et plural. iveramus, iveratis, iverant. Futuro ibo, ibis, ibit. Et plur. ibimus, ibitis, ibunt. Imperativo

tivo modo tempore præſenti ad ſecundam, & tertiam perſonam i, eat. Et plur. eamus, ite, eant. Futuro ito tu, ito ille. Et pluraliter itote, eunto. Optativo modo temp. præſenti, & præterito imperf. utinam irem, ires, iret. Et pl. utinam iremus, iretis, irent. Præt. perfecto utinam iverim, iveris, iverit. Et plural. utinam iverimus, iveritis, iverint. Præt. plusquam perfecto utinam iviſſem, iviſſes, iviſſet. Et plur. utinam iviſſemus, iviſſetis, iviſſent. Futuro utinam eam, eas, eat. Et pl. utinam eamus, eatis, eant. Subjunctivo modo tempore præſ. cùm eam, eas, eat. Et plural. cùm eamus, eatis, eant. Præterito impefect. cùm irem, ires, iret. Et pluraliter cùm iremus, iretis, irent. Præt. perf. cùm iverim, iveris, iverit. Et plural. cùm iverimus, iveritis, iverint. Præt. pluſq. perf. cùm iviſſem, iviſſes, iviſſet, Et pluraliter cùm iviſſemus, iviſſetis, iviſſent. Futuro cùm ivero, iveris, iverit. Et pl. cùm iverimus, iveritis, iverint. Infinitivo modo tempore præſenti, & præterito imperf. ire. Præt. perfecto, & pluſquam perfecto iviſſe. Fut. iturum eſſe. Gerundia, vel participalia nomina ſunt hæc: eundi, eundi, eundo, eundum. Supin. itum. Quot participia trahuntur ab hoc verbo Neutro? Duo. Quæ. Iens, & iturus. Iens undè formatur? A prima perſona præteriti perfecti indicativi modi. Quomodo? Ibam, mutato bam in ens, fit iens. Iturus undè formatur? A primo ſupino. Quomodo? itum, ablata m, & addita rus, fit iturus.

VErbo imperſonali tempore præſenti itur. Præt. imperfecto ibatur. Præter. perfecto, itum eſt,

vel fuit. Præt. plusquam perfecto itum erat, vel fuerat. Futuro ibitur. Imperat. modo tempore præs. eatur. Futuro itor. Optativo modo tempore præs., & præt. imperf. utinam iretur. Præt. perfect. utinam itum sit, vel fuerit. Præt. plusq. perf. utinam itum esset, vel fuisset. Fut. utinam eatur. Subjunct. modo tempore præsenti cùm eatur. Præter. imperf. cùm iretur. Præter. perfecto cùm itum sit, vel fuit. Præt. plusq. perf. cùm itum esset, vel fuisset. Futuro cùm iturum erit, vel fuerit. Infinitivo modo temp. præsenti, & præterito imperfecto iri. Præterito perfecto, & plusquam perf. itum esse, vel fuisse. Futuro itum iri.

GAudeo, gaudebam, gaudebo, gaudeto, utinam gauderem, utinam gaudeam, cùm gaudeam, cùm gauderem, gaudere. Gavisus sum, vel fui, gavisus eram, vel fueram, utinam gavisus sim, vel fuerim, utinam gavisus essem, vel fuissem, cùm gavisus sim vel fuerim, cùm gavisus essem, vel fuissem, cùm gavisus ero, vel fuero, gavisus esse, vel fuisse.

INdicativo modo tempore præsenti gaudeo, gaudes, gaudet. Et pl. gaudemus, gaudetis, gaudent. Præt. imperf. gaudebam, gaudebas, gaudebat. Et pl. gaudebamus, gaudebatis, gaudebant. Præter. perf. gavisus sum, vel fui, es, vel fuisti, est, vel fuit. Et pl. gavisi sumus, vel fuimus, gavisi estis, vel fuistis, sunt, fuerunt, vel fuere. Præt. plusquam perfecto gavisus eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat. Et pl. gavisi eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant. Fut. gaudebo, gaudebis, gaudebit.

Et plur. gaudebimus, gaudebitis, gaudebunt. Imperat. modo temp. præſenti ad ſecundam, & tertiam perſonam gaude, gaudeat. Et pl. gaudeamus, gaudete, gaudeant. Fut. gaudeto tu, gaudeto ille. Et pl. gaudetote, gaudento. Optativo modo tempore præſ. & præterito imp. utinam gauderem, gauderes, gauderet. Et plural. utinam gauderemus, gauderetis, gauderent. Præt. perfecto utinam gaviſus ſim, vel fuerim, ſis, vel fueris, ſit, vel fuerit. Et plur. utinam gaviſi ſimus, vel fuerimus, ſitis, vel fueritis, ſint, vel fuerint. Præt. pluſq. perf. utinam gaviſus eſſem, vel fuiſſem, eſſes, vel fuiſſes, eſſet, vel fuiſſet. Et plur. utinam gaviſi eſſemus, vel fuiſſemus, eſſetis, vel fuiſſetis, eſſent, vel fuiſſent. Fut. utinam gaudeam, gaudeas, gaudeat. Et pl. utinam gaudeamus, gaudeati, gaudeant. Subjunct. modo temp. pr. cùm gaudeam, gaudeas, gaudeant. Et pl. cùm gaudeamus, gaudeatis, gaudeant. Præt. impe. cùm gauderem, gauderes, gauderet. Et pl. cùm gauderemus, gauderetis, gauderent. Præter. pluſquam perfecto cùm gaviſum ſim, vel fuerim, ſis, vel fueris, ſit, vel fuerit. Et pl. cùm gaviſi ſimus, vel fuerimus, ſitis, vel fueritis, ſint, vel fuerint. Prær. pluſq. perf. cùm gaviſus eſſem, vel fuiſſem, eſſes vel fuiſſes, eſſet vel fuiſſet. Et pl. cùm gaviſi eſſemus, vel fuiſſemus, eſſetis, vel fuiſſetis, eſſent, vel fuiſſent. Fut. cùm gaviſus ero, vel fuero, eris, vel fueris, erit, vel fuerit. Et pl. cùm gaviſi erimus, vel fuerimus, eritis, vel fueritis, erunt, vel fuerint. Infinit. modo temp. præſ. & præt. imperf. gaudere. Præt. perfecto, & pluſquam perfecto gaviſum eſſe, vel fuiſſe. Futuro gaviſurum

 eſſe,

esse. Gerundia, vel participalia nomina sunt hæc: gaudendi, gaudendo, gaudendum. Supinum gavisum. Quot participia trahuntur ab hoc verbo neutro passivo? Tria. Quæ? Gaudens, gavisus, & gavisurus. Gaudiens unde formatur? A prima persona præteriti imperfecti indicativi modi. Quomodo? Gaudebam, bam in ens, fit gaudens. Gavisus unde formatur? Ab ultimo supino. Quomodo? Gavisu, addita s, fit gavisus gavisurus. Gavisurus unde formatur? A primo supino. Quomodo? Gavisum, ablata m, & addita rus, fitgavisurus.

Fio, fiebam, fiam, fito, utinam fierem, utinam fiam, cùm fiam, cùm fierem fieri. Factus sum, vel fui, factus eram, vel fueram: utinam factus sim, vel fuerim, factus essem, vel fuissem, cùm factus sim, vel fuerim, cùm factus essem, vel fuissem, cùm factus ero vel fuero, factum esse, vel fuisse.

INdicativo modo tempore præsenti fio, fis, fit. Et pl. fimus, fitis, fiunt. Præt. imperf. fiebam, fiebas, bat. Et plural. fiebamus, fiebatis, fiebant. Præter. perfecto factus sum, vel fui, es, vel fuisti, est, vel fuit. Et pl. facti sumus, vel fuimus, estis, vel fuistis, sunt, fuerunt, vel fuere. Præt. plusquam perfecto factus eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat. Et pl. facti eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant. Fut. fiam, fies, fiet. Et pl. fiemus, fietis, fient. Imperat. modo temp. præsenti ad secundam, & tertiam personam fias, fiat. Et pl. fiamus, fite, vel fiatis, fiant. Fut. fito tu, fito ille. Et pl. fitote, fiunto. Optativo modo tempore præsenti, & præterito imp. utim

utinam fierem, fieres, fieret. Et pl. utinam fieremus, fieretis, fierent. Præt. perfecto utinam factus sim, vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. Et pl. u tinam facti simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint. Præt. plusq. perf. utinam factum essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. Et plur. utinam facti essemus vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent. Fut. utinam fiam, fias, fiat. Et pl. utinam fiamus, fiatis, fiant. Subjunctivo modo temp. præs. cùm fiam, fias, fiat. Et plura. cùm fiamus, fiatis, fiant. Præterito impef. cùm fierem, fieres, fieret. Et pluraliter cùm fieremus, fieretis, fierent. Præt. perf. cùm factus sim, vel fuerim, factus sis, vel fueris, sit vel fuerit. Et plural. cùm facti simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint. Præt. plusq. perf. cùm factus essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. Et pl. cùm facti essemus, vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent. Fut. cùm factus ero, vel fuero, eris, vel fueris, erit, vel fuerit. Et pl. cùm facti erimus, vel fuerimus, eritis, vel fueritis, erunt, vel fuerint. Infin. modo tempore præsenti, & præterito imperf. fieri. Præt. perfecto, & plusquam perfecto factum esse, vel fuisse. Fut. factum iri, vel faciendum esse. Gerundiis, & Supinis caret. Quot participia trahuntur ab hoc verbo Neutro passivo? Duo. Quæ? Factus, & faciendus. Factus undè formatur? Ab ultimo supino. Quomodo? Factu, additas, fit factus. Faciendus undè formatur? A genitivo participii præsentis. Quomodo? Faciens, facientis, tis in dus, fit faciendus.

 In-

INdicativo modo tempore præsenti, & præt. perf. Memini, meministi, meminit. Et pl. meminimus, meministis, meminerunt, vel meminere. Præt. imperf., & plusquam perfecto memineram, memineras, meminerat. Et plur. memineramus, memineratis, meminerant. Fut. caret, sed pro eo utimur futuro Subjunctivi. Imperativo modo tempore præs. & futuro memento, & pl. mementote. Optat. modo temp. præsenti, & pr. perf. utinam meminerim, memineris, meminerit. Et plur. utinam meminerimus, memineritis, meminerint. Præt. impef. & plusquam perfect. utinam meminissem, meminisses, meminisset. Et plu., utinam meminissemus, meminissetis, meminissent. Futuro caret. Subjunctivo modo temp. præsenti & præt. perf. cùm meminerim, memineris, meminerit. Et plur. cùm meminerimus, memineritis, meminerint. Præt. imperf. & plusquam perfecto cùm meminissem, meminisses, meminisset. Et plur. cùm meminissemus, meminissetis, meminissent. Fut. cùm meminero, memineris, meminerit. Et plur. cùm meminerimus, memineritis, meminerint. Infinitivo modo tempore præsenti, & præter. imperfecto præt. perf. & plusquam perf. meminisse. Futuro caret. Gerundiis, Supinis, & Participiis caret.

INdicativo modo temp. præsenti oporte. Præter. imperf. oportebat. Præt. perf. oportuit. Præt. plusq. perf. oportuerat. Fut oportebit. Imperativo modo tempore præsenti oporteat Optativo modo tempore præsenti, & præterito imperf. utinam oporteret. Præt. perf. utinam oportuerit. Præter. plusq. perf.

perf. utinam oportuisset. Futuro utinam oporteat. Subjunctivo modo tempore præsenti cùm oporteat. Præt. imperf. cùm oporteret. Præt. perf. cùm oportuerit. Præt. plusq. perf. cùm oportuisset. Fut. cùm oportuerit. Infinitivo modo temp. præs. & præt. imperfecto oportere. Præt. perf. & plusq. perf. oportuisse. Cœteris caret.

INdicativi præs. & perf. Odi, *io odio, e odiai*, odisti, odit. Et pl. odimus, odistis, oderunt, vel odere. Præt. imperf. & plusq. perf. Oderam, *io odiavo, e avevo odiato*, oderas, oderat. Et plur. oderamus, oderatis, oderant. Imperat. oderis, *odia tu, e odierai tu*, oderit. Plur. oderimus, oderitis, oderint. Optat. præsens, & perf. utinam oderim, *Dio voglia che io odj, ed abbia odiato.* oderis, &c. Præt. perf. & plusquam perf. utinam odissem, *Dio volesse, che odiassi, e avessi odiato*, odisses, &c. Conjunctivi præs. & imperf. cùm oderim, *conciossiachè io odj, e abbio odiato*, oderis, &c. Pr. imperf. & plusq. perf. cùm odissem, *conciosia che io odiassi, odieresti, e avessi, o averei odiato*, odisses, &c. Futuro cùm odero, *quando io odierò, o averò odiato*, oderis, &c. Infinitivi præsens, & imperfect. perfect. & plusq. perf. odisse, *odiare, e aver odiato.*

De Verbis Anomalis. POSSUM.

Indicativi modi tempus præsens

POssum, potes, potest. Pl. possumus, potestis, possunt. Præt. imperf. poteram, poteras, poterat. Pl. poteramus poteratis, poterant. Præt. perf. potui, potuisti, potuit. Pl. potuimus, potuistis, potuerunt, vel potuere. Pr. plusq. perf. potueram, potueras, po-

tuerat. Pl. potueramus, potueratis, potuerant. Fut. potero, poteris, poterit. Pl. poterimus, poteritis, poterunt. Imperativi præſens fac poſſis. Optativi modi præſens, & imperfectum utinam poſſem, poſſes, poſſet. Pl. utinam poſſemus, poſſetis, poſſent. Perfect. utinam potuerim, potueris, potuerit. Pl. utinam potuerimus, potueritis, potuerint. Præt. pluſq. perf. utinam potuiſſem, potuiſſes, potuiſſet. Plur. utinam potuiſſemus, potuiſſetis, potuiſſent. Futuro utinam poſſim, poſſis, poſſit. Pluraliter utinam poſſimus, poſſitis, poſſint. Conjunctivi præſens, cùm poſſim, poſſis, poſſit. Plur. cùm poſſimus, poſſitis, poſſint. Imperf. cùm poſſem, poſſes, poſſet. Plur. cùm poſſemus, poſſetis, poſſent. Perf. cùm potuerim, potueris, potuerit. P. cùm potuerimus, potueritis, potuerint. Pr. pl. perf. cùm potuiſſem, potuiſſes, potuiſſet. Pl. cùm potuiſſemus, potuiſſetis, potuiſſent. Futuro cùm potuero, potueris, potuerit. Plur. cùm potuerimus, potueritis, potuerint. Infinitivi modi præſens, & imperf. poſſe. Perf. & pl. perf. potuiſſe. Cæteris caret.

MALO Indicativi præſens.

MAlo, mavis, mavult. Plur. malumus, mavultis, malunt. Imperf. malebam, &c. Perfect. malui, &c. Pl. perf. malueram, &c. Imperativi præſens fac malis. Optat. præſens, & imperf. utinam mallem, malles, mallet. Pl. utinam mallemus, malletis, mallent. Perf. utinam maluerim, &c. Pl. perf. utinam maluiſſem, &c. Fut. utinam malim, malis, malit. Pl. utinam malimus, malitis, malint. Conjunctivi præſ. cùm malim, malis, malit. Plur. malimus, malitis, malint.

lint. Imperfecto cùm mallem, malles, mallet. Plural. cùm mallemus, malletis, mallent. Præt. perfecto cùm maluerim, &c. Plusq. perf. cum maluissem, &c. Fut. cùm maluero, malueris, maluerit, &c. Infinitivi præsens, & imperfectum malle. Perf. & plusquam perf. maluisse. Cæteris caret.

VERBUM DEPONENS.

INdicativo modo temp. præsenti Utor, uteris, vel utere, utitur. Plur utimur, utimini, utuntur. Pret. imperf. utebar, utebaris, vel utebare, utebatur. Et plur. utebamur, utebamini, utebantur. Præt. perf. usus sum, vel fui, usus es, vel fuisti, usus est, vel fuit. Plur. usi sumus, vel fuimus, estis, vel fuistis, usi sunt, fuerunt, vel fuere. Præt. plusq. perf. usus eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat. Et plur. usi eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant. Fut. utar, uteris, vel utere, utetur. Et plur. utemur, utemini, utentur. Imp. modo temp. pres. ad secundam, & tertiam personam, utere, vel utitor, utatur. Et pl. utiminor, utantur. Opt. modo temp. præs. & præt. imp. utinam uterer, uteretis, vel uterere, uteretur. Et pl. uteremur, uteremini, uterentur. Præt. perf. utinam usus sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. Et pl. utinam usi simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint. Præt. plusq. perf. utinam usus essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. Et plur. utinam usi essemus, vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent. Fut. utinam utar, utaris, vel utare, utatur. Et pl. utinam utamur, utamini,

utantur. Subjunctivo modo tempore præs. cùm utar, utaris, vel utare, utatur. Et plur. cùm utamur, utamini, utantur. Præterito imperf. cùm uterer, utereris, vel uterere, uteretur. Et pl. cùm uteremur, uteremini, uterentur. Præterito perf. cùm usus sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. Et pl. cùm usi simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint. Præter. plusquam perf. cum usus essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. Et plur. cùm usi essemus, vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent. Futuro cùm usus ero, vel fuero, eris, vel fueris, erit, vel fuerit. Et plur. cùm usi erimus, vel fuerimus, eritis, vel fueritis, erunt, vel fuerunt. Infinitivo modo tempore præs. & præterito imperf. uti. Præt. perf. & plusquam perfecto usum esse, vel fuisse. Fut. usurum esse. Quot participia trahuntur ab hoc verbo deponenti? Tria. Quæ? Utens, usus, & usurus, & interdum utendus.

DE VERBIS DEFECTIVIS.

INquam, inquis, inquit. Plur. inquimus, inquitis, inquiunt. Præter. imperf. inquiebat. Perf. inquisti. Fut. inquies, inquiet. Imperativi præsens, inque, vel inquito.

AJo, ais, ait. Plur. ajunt. Imperf. ajebam, ajebas, ajebat. Plur. ajebamus, ajebatis, ajebant. Imperativi præs. ait. Optat. futurum, & præsens. Conjunctivi ajas, ajat. Participium ajens, ajentis.

FOrem, fores, foret, pro essem, esses, &c. Futurum infiniti fore pro futurum esse. Faxo, futurum. Indicativi, pro faciam. Quæso, quæsumus, primam habet personam utriusq; numeri præs. Indicativi. Ave, avete,

avete, avere. Salve, salvete, salvere, secundam personam. Imper. utriusque numeri, & præsens. Infiniti habent. Credo, da, vel dic, secunda est. Imperativi. Infin. tertia persona. Indicativi pro incipit, vel inquit. Ovat tertiam personam habet indicativi, & participium Ovans, o ovantis. Desit, desieri tertiam habet Indicativi, & præsens infiniti. Apocopa Dic, duc, fac, & fer, pro dice, duce, face, & fere. Amasso pro amavero. Prohibesso pro prohibuero, antiqua.

DE PARTICIPIIS.

NOminativo hic, & hæc, & hoc Legens. Genit. hujus legentis. Dat. huic legenti. Acc. hunc, & hanc legentem, & hoc legens. Voc. o legens. Abl. ab hoc, & ab hac, & ab hoc legente. Et plur. Nom. hi, & hæ legentes, & hæc legentia. Genit. horum, & harum, & horum legentium. Dat. his legentibus. Acc. hos, & has legentes, & hæc legentia. Voc. o legentes, & o legentia. Abl. ab his legentibus.

NOminativo lectus, lecta, lectum. Gen. lecti, lectæ, lecti. Dat. lecto, lectæ, lecto. Accus. lectum, lectam, lectum. Voc. o lecte, o lecta, o lectum. Abl. a lecto, a lecta, a lecto. Et pl. Nom. lecti, lectæ, lecta. Gen. loctorum, lectarum, lectorum. Dat. lectis Accus. lectos, lectas lecta. Voc. o lecti, o lectæ, o lecta. Ablat. a lectis.

NOminativo lecturus, lectura, lecturum. Gen. lecturi, lecturæ, lecturi. Dat. lecturo, lecturæ, lecturo. Ac. lecturum, lecturam, lecturum. Voc. o lecture, o lectura, o lecturum. Ablat. a lecturo, a lectura, a lecturo. Et plur. Nom. lecturi, lecturæ, lectura. Gen. lecturorum, lecturarum, lecturorum. Dat. lecturis.

Acc. lecturos, lecturas, lectura. Voc. o lecturi, o lecturæ, o lectura. Abl. a lecturis.

NOminat. legendus, legenda, legendum. Genit. legendi, legendæ, legendi. Dat. legendo, legendæ, legendo. Acc. legendum, legendam, legendum. Voc. o legende, o legenda, o legendum. Abl. a legendo, a legenda, a legendo. Et plur. Nom. legendi, legendæ, legenda. Gen. legendorum, legengendarum, legendorum. Dat. legendis. Acc. legendos, legendas, legenda. Voc. o legendi, o legendæ, o legenda. Ablat. a legendis.

DE PRONOMINIBUS.

NOminat. Ego. Genit. mei. Dat. mihi. Accuſ. me. Abl. a me. Et plur. Nominat. nos. Genit. noſtrum, vel voſtri. Dat. nobis. Accuſ. nos. Abl. a nobis.

NOminat. tu. Genit. tui. Dat. tibi. Accuſ. te. Voc. o tu. Ablat. a te. Et plur. Nomin. vos. Genitivo veſtrum, vel veſtri. Dat. vobis. Acc. vos. Voc. o vos. Abl. a vobis.

GEnit. ſui. Dat. ſibi. Acc. ſe. Ablat. a ſe. Et pl. Gen. ſui. Dat. ſibi. Acc. ſe. Abl. a ſe.

NOminativo ille, illa, illud. Gen. illius. Dativo illi. Accuſ. illum, illam, illud. Ablat. ab illo, ab illa, ab illo. Et plur. Nominat. illi, illæ, illa. Genitivo illorum, illarum, illorum. Dativo illis. Accuſativo illos, illas, illa. Ablativo ab illis.

NOminat. iſte, iſta, iſtud. Genit. iſtius. Dat. iſti. Acc. iſtum, iſtam, iſtud. Abl. ab iſto, ab iſta, ab iſto. Et plur. Nomin. iſti, iſtæ, iſta. Gen. iſtorum

iſta-

istarum, istorum. Dat. istis. Acc. istos, istas, ista. Ablat. ab istis.

NOminat. ipse, ipsa, ipsum. Genit. ipsius. Dat. ipsi. Accus. ipsum, ipsam, ipsum. Alb. ab ipso, ab ipsa, ab ipso. Et plur. Nom. ipsi, ipsæ, ipsa. Gen. ipsorum, ipsarum ipsominum. Dat. ipsis. Accusat. ipsos, ipsas. Abl. ab ipsis.

NOminat. hic, hæc, hoc. Genit. hujus. Dat. huic. Accus. hunc, hanc, hoc. Ablat. ab hoc, ab hac, & ab hoc. Et plur. Nominat. hi, hæ, hæc. Genit. horum, harum, horum. Dat. his. Accusat. hos, has, hæc. Abl. ab his.

NOmin. is, ea, id. Genit. ejus. Dat. ei. Accus. eum, eam, id. Abl. ab eo, ab ea, ab eo. Et pl. Nomin. ii, eæ, ea. Genit. eorum, earum, eorum. Dat. iis, vel eis. Accus. eos, eas, ea. Ablat. ab eis.

NOminat. meus, mea, meum. Genit. mei, meæ, mei. Dat. meo, meæ, meo. Accus. meum, meam, meum. Vocat. o mi, o mea, o meum. Ablat. a meo, a mea, a meo. Et plur. Nomin. mei, meæ, mea. Genit. meorum, mearum, meorum. Dat. meis. Accusat. meos, meas, mea. Vocat. o mi, o meæ, o mea. Ablat. a meis.

NOminat. tuus, tua, tuum. Genit. tui, tuæ, tui. Dat. tuo, tuæ, tuo. Accus. tuum, tuam, tuum. Ablat. a tuo, a tua, a tuo. Et plur. Nomin. tui, tuæ, tua. Gen. tuorum, tuarum, tuorum. Dativo tuis. Acc. tuos, tuas, tua. Abl. a tuis.

NOminativo suus, sua, suum. Genit. sui, suæ, sui. Dat. suo, suæ, suo. Accus. suum, suam, suum. Abl. a suo, a sua, a suo. Et plur. nomin. sui, suæ, sua.

Genitivo ſuorum, ſuarum, ſuorum. Dativo ſuis. Accuſativo ſuos, ſuas ſua. Ablativo a ſuis.

NOminat. noſter, noſtra, noſtrum. Genit. noſtri, noſtræ, noſtri. Dat. noſtro, noſtræ, noſtro. Accuſ. noſtrum, noſtram, noſtrum. Voc. o noſter, o noſtra, o noſtrum. Ablat. a noſtro, noſtra, a noſtro. Et plur. Nom. noſtri, noſtræ, noſtra. Genit. noſtrorum, noſtrarum, noſtrorum. Dat. noſtris. Acc. noſtros, noſtras, noſtra. Vocat. o noſtri, o noſtræ, o noſtra. Ablat. a noſtris.

NOminat. veſter, veſtra, veſtrum. Genit. veſtri, veſtræ, veſtri. Dat. veſtro, veſtræ, veſtro. Accuſat. veſtrum, veſtram, veſtrum Ablat. a veſtro, a veſtra, a veſtro. Et plur. Nominat. veſtri, veſtræ, veſtra. Genit. veſtrorum, veſtrarum, veſtrorum. Dat. veſtis. Accuſ. veſtros, veſtras, veſtra. Ablat. a veſtris.

NOminativo hic, & hæc, & hoc noſtras. Genit. hujus noſtratis. Dat. huic noſtrati. Acc. hunc, & hanc noſtratem, & hoc noſtras. Vocat. o noſtras. Ablat. ab hoc, & ab hac, & ab hoc noſtrate, vel noſtrati. Et plur. Nomin. hi, & hæ noſtrates, & hæc noſtratia. Genit. horum, & harum, & horum noſtratium. Dat. his noſtratibus. Accuſ. hos, & has noſtrates, & hæc noſtratia. Voc. o noſtrates, & o noſtratia. Ablat. ab his noſtratibus.

NOminat. hic, & hæc, & hoc veſtras. Genit. hujus veſtratis. Dat. huic veſtrati. Accuſ. hunc, & hanc veſtratem, & hoc veſtras. Abl. ab hoc, & ab hac, & ab hoc veſtrate, vel veſtrati. Et plur. Nominat. hi, & hæ veſtrates, & hæc veſtratia. Gen. horum

horum, & harum, & horum veſtratium. Dat. his veſtratibus. Acc. hos, & has veſtrates, & hæc veſtratia. Voc. o veſtrates, & o veſtratia. Abl. ab his veſtratibus.

EX DICTIS DIVI BERNARDI.

Si mihi ſint vires, & prædia magna.
Quid inde?
Auri ſi ſpecies, argenti maſſa.
Quid inde?
Si mihi ſint nati de Regia ſtirpe.
Quid inde?
Longus ſervorum mihi ſerviat ordo.
Quid inde?
Si doceam ſocios in qualibet arte.
Quid inde?
Et rota Fortunæ me tollat ad Aſtra.
Quid inde?
Si felix annis regnavero mille.
Quid inde?
Tam citò prætereunt hæc omnia tanta.
Quid inde?
Serviat ergo Deo quiſquam.
Quoniam ſatis inde.

AMicum ne temerè recipito; receptum ne rejicito.
Beneficium accipere eſt libertatem vendere.
Comes facundus in via pro vehiculo eſt.
Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.
Eſt formicæ ſua bilis, & capillo eſt ſua umbra.

Feras, non culpes, quod vitari non poteſt.
Homo homini lupus, homo homini Deus.
Jactura nulla major eſt, quàm temporis.
Malus, ubi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus.

VERBA AUREA CATONIS
Ad rectè vivendum.

CUm ergo Cato animadverterem, quam plurimos homines graviter errare in via morum, ſuccurrendum opinioni eorum, & conſulendum fore exiſtimavi maximè, ut gloriosè viverent, & honorem contingerent. Nunc, fili chariſſime, docebo te quo pacto mores tui animi componas. Igitur præcepta mea legito ita, ut intelligas: legere, & non intelligere, negligere eſt.

Itaque Deo ſupplica.
Parentes ama.
Cognatos cole.
Datum ſerva.
Foro te para.
Magiſtrum metue.
Conjugem ama.
Miſerum noli irridere.
Parentes patienter vince.
Minorem te ne contempſeris.
Quod ſatis eſt dormi.
Verecundiam ſerva.
Rem tuam cuſtodi.
Diligentiam adhibe.
Judicio adeſto.
Familiam cura.
Saluta libenter.
Cede locum majori.
Ad prætorium ſtato.
Utere virtute.
Cum bonis ambula.
Ad conſilium ne acceſſeris, antequam voceris.
Beneficii accepti memor eſto.
Pauca in convivio loquere.
Iracundia tempera.
Blandus eſto.
Noli iraſci abs re.
Neminem irriſeris.
Mutuum dato.
Cui des videto.

Ra-

Rarò convivare.
Jusjurandum ſerva.
Vino te tempera.
Pugna pro patria.
Tu te conſule.
Trocho lude.
Aleas fuge.
Bonis benefacito.
Maledicus ne eſto.
Nil arbitrio virium feceris.
Exiſtimationem retine.
Patere legem, quam tu ipſe tuleris.
Nil mentire.
Æquum judica.
Nil temerè credideris.
Meretrices fuge.
Libros lege.
Quod legeris memento.
Liberos erudi.
Neminem temerè judica.
Alienum noli concupiſcere.
Illud ſtude agere, quod bonum eſt.
Libenter ferto amorem.


DOCTORATUS INSIGNIA.

In primis capias doctrinæ inſignia librum,
Qui clauſus nutu ſtet, pateatque tuo,
Annulus in digito puri tibi ponitur auri;
Hoc quia ſit pacto partus equeſtris honos.
Stet capiti ſublimis apex, tegmenque verendum,
Ut ſophiæ ſedem digna corona tegat.
Oſcula patronis præſtant quòd mane togati,
Hoc tibi ſeu pacis, ſive clientis habe.
Reſtat ut æternus Genitor tua vota ſecundet,
Atque hæc felici ſidere facta velit.

Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia, namque
Cùm fieri poterat gratia, grata magis.

Una eſt vivendi, ac moriendi regula certa,
Ut moriare pius, vivere diſce pius.

DI-



DISTICHORUM MORALIUM.

CAP. I.

SI Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.
Plus vigila semper, nec somno deditus esto:
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.
Virtutem primam esse puta compescere linguam;
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.
Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.
Conveniet nulli qui secum dissidet ipse.
Si vitam inspicias hominum, si denique mores,
Cùm culpas alios, nemo sine crimine vivit.
Quæ nocitura tenes, quamvis sint cara relinque;
Utilita opibus præponi tempore debet.
Constans, & lenis, sicut res expostulat, esto.
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.
Nil temerè uxori de servis crede querenti,
Sæpe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.
Cùmque moneas aliquem, nec se velit ipse moneri,
Si tibi sit carus, noli desistere cœptis.
Contra verbosos noli contendere verbis,
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.
Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus:
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.
Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi,
Nam

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
Spem tibi promissi certam promittere noli:
Rara fides ideo est, quia multi multa loquuntur.
Cùm aliquis te laudat, judex, tuus esse memento.
Plus aliis de te, quàm tu tibi credere noli.
Officium alterius multis narrare memento,
Atque aliis cùm tu benefeceris, ipse sileto.
Multorum cùm facta senex, & dicta recenses,
Fac tibi succurrant, juvenis quæ feceris ipse.
Ne cures si quis tacito sermone loquatur,
Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici.
Cùm fueris felix, quæ sunt adversa caveto.
Non eodem cursu respondent ultima primis.
Cùm dubia, & fragilis sit nobis vita tributa,
In morte alterius spem tu tibi ponere noli.
Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus,
Accipito placide, & plenè laudare memento.
Infantem nudum cùm te natura crearit,
Paupertatis onus patienter ferre memento.
Ne timeas illam, quæ vitæ est ultima finis;
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit idipsum.
Si tibi pro meritis nemo respondet amicus,
Incusare Deum noli; sed te ipse coerce.
Ne tibi quid desit, quæsitis utere parcè:
Utque quod est serves, semper tibi deesse putato.
Quod prestare potes, ne bis promiseris ulli,
Ne sis ventosus; dum vis bonus ipse videri.
Quis simulat verbis, nec corde est fidus amicus.
Tu quoque fac simules: Sic ars deluditur arte.
Noli homines blando nimium sermone probare.
Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

Cum

Cum tibi ſint nati, nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue, quò poſſint inopem defendere vitam.
Quod vile eſt, carum, quod carum, vile putato,
Sic tibi nec cupidus, nec avarus habeberis ulli.
Quæ culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe:
Turpe eſt doctori, cùm culpa redarguit ipſum.
Quod juſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum:
Nam ſtultum eſt petere id, quod poſſit jure negari.
Ignotum tibi tu noli præponere notis:
Cognita judicio conſtant, incognita caſu.
Cùm dubia incertis verſetur vita periculis,
Pro lucro tibi pone diem, quocunque laboras.
Vincere cùm poſſis, interdum cede ſodali;
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.
Ne dubita, cùm magna petas, impendere parva,
His etenim rebus conjungit gratia caros.
Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta eſt.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Servorum culpis, cùm te dolor urget in iras,
Ipſe tibi moderare, tuis ut parcere poſſis.
Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo;
Maxima enim morum eſt ſemper patientia virtus.
Conſerva potius, quæ ſunt jam parta labore:
Cùm labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.
Dapſilis interdum notis, & charus amicis
Cum fueris felix, ſemper tibi proximus eſto.

DI-

DISTICORUM MORALIUM.

CAP. II.

TEllluris si fortè velis cognoscere cultus,
Virgilium legito: quod si mage nosse laboras
Herbarum vires, Macer, tibi carmine dicet.
ii Romana cupis, vel Punica noscere bella,
.ucanum quæras, qui Martis prœlia dixit.
ii quid amare libet, vel discere amare legendo,
Nasonem petito. Sin autem cura tibi hæc est,
Jt sapiens vivas, audi, quæ discere possis,
'er quæ semotum vitiis deducitur ævum.
:rgo ades, & quæ sit Sapientia disce legendo.
Si potes, ignotis etiam prodesse memento;
Jtilius Regno est meritis acquirere amicos.
Aitte arcana Dei, Cœlumque inquirere quid sit;
:ùm sis mortalis, quæ sunt mortalia, cura.
.inque metum lethi: nam stultum est tempore in omni
)um mortem metuas, amittere gaudia vitæ.
ratus de re incerta contendere noli;
npedit ira animum, nè possis cernere verum.
ac sumptum propè, cùm res desiderat ipsa; [res.
)andum etenim est aliquid, cùm tempus postulat, aut
)uod nimium est, fugito, parvo gaudere memento;
uta magè est puppis, modico quæ flumine fertur.
)uod pudeat socios, prudens celare memento;
è plures culpent id, quod tibi displicent uni.
'olo putes pravos homines peccata lucrari:
:mporibus peccata latent, sed tempore patent.
orporis exigui vires contemnere noli,

Con-

Consilio pollet, cui vim natura negavit.
Cui scieris non esse parem tibi, tempore cede;
Victorem a victo superari sæpe videmus.
Adversus notum noli contendere verbis,
Lis minimis verbis interdum maxima crescit.
Quid Deus intendat noli perquirere sorte,
Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.
Invidiam nimio cultu vitare memento:
Quæ si non lædit, tamen hanc sufferre molestum est.
Esto forti animo, cùm sis damnatus iniquè;
Nemo diù gaudet, qui Judice vincit iniquo.
Litis præteritæ noli maledicta referre;
Post inimicitias iram meminisse malorum est.
Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse:
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.
Utere quæsitis modicè, cùm sumptus abundat;
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
Insipiens esto, cùm tempus postulat, aut res;
Stultitiam simulare loco prudentia summa est.
Luxuriam fugito, simul & vitare memento
Crimen avaritiæ; nam sunt contraria famæ.
Noli tu quædam referenti credere semper.
Exigua iis tribuenda fides, qui multa loquuntur.
Cùm potus peccas, ignoscere tu tibi noli;
Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis.
Consilium arcanum tacito committe sodali,
Corporis auxilium Medico committe fideli.
Successus indignos noli ferre molestè:
Indulget fortuna malis, ut lædere possit.
Prospice, qui veniunt, hos casus esse ferendos;
Nam leviùs lædit, quicquid prævidimus ante.

Rebum

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli.
Spem retine, ſpes una hominem nec morte relinquit.
Rem, quam tibi noſces aptam, dimittere noli.
Fronte capillata, pòſt eſt occaſio calva.
Quod ſequitur, ſpecta, quodq; imminet, ante videto.
Illum imitare Deum, partem qui ſpectat utramque.
Fortius ut valeas interdum parcior eſto.
Pauca voluptati debentur, plura ſaluti.
Judicium populi nunquam contempſeris unus;
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.
Sit tibi præcipuè, quòd primum eſt, cura ſalutis.
Tempora ne culpes, cùm ſis tibi cauſa doloris.
Somnia ne cures; nam mens humana quod optat,
Dum vigilat, ſperat, per ſomnum cernit idipſum.

DISTICHORUM MORALIUM.

CAP. III.

HOcquicumque velis carmen cognoſcere, Lector,
Hæc præcepta feres, quæ ſunt gratiſſima vitæ.
Commoda multa feres: ſin autem ſpreveris illam,
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.
Inſtrue præceptis animum, nec diſcere ceſſes;
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago.
Cùm rectè vivas, ne cures verba malorum:
Arbitrii noſtri non eſt quid quiſque loquatur.
Productus teſtis, ſalvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici
Sermones blandos, bleſoſque cavere memento.
Simplicitas veri fama eſt; fraus ficta loquendi.
Segnitiem fugito, quæ vitæ ignavia fertur; Nam

Nam cùm animus languet, consumit inertia corpus.
Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis sufferre laborem.
Alterius dictum, aut factum ne carpseris unquam;
Exemplo simili ne te derideat alter.
Quod tibi sors dederit tabulis extrema notato:
Augendo serva, ne sis, quem fama loquatur.
Cùm tibi divitiæ superant in fine senectæ,
Munificus facito vivas, non parcus amicis.
Utile consilium dominus ne despice servi,
Nullius sensum, si prodest, tempseris unquam.
Rebus & in censu si non est, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo, quod tempora præbent.
Uxorem fuge ne ducas sub nomine dotis.
Nec retinere velis, si ceperit esse molesta.
Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris,
Quæ fugias vita est nobis aliena magistra.
Quod potes, id tentes, operis ne pondere pressus,
Succumbat labor, & frustra tentata relinquas.
Quod nosti factum haud rectè, nolito tacere;
Ne videare malos imitari velle tacendo.
Judicis auxilium sub iniqua lege rogato;
Ipsæ etiam leges cupiunt ut jure regamur.
Quod meritò pateris, patienter ferre memento,
Cùmque reus tibi sis, ipsum te judice damna.
Multa legas facito, perlectis perlege multa,
Nam miranda canunt, sed non credenda Poetæ.
Inter convivas fac sis sermone modestus;
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.
Conjugis iratæ nolito verba timere;
Nam struit insidias lacrymis, dum fœmina plorat.

Utere

Utere quæsitis, sed ne videaris abuti:
Quia sua consumunt, cùm deest, aliena sequuntur.
Fac tibi proponas mortem non esse timendam,
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est.
Uxoris linguam, si frugi est, ferre memento;
Namque malum est nil velle pati, nec posse tacere.
Dilige non ægra charos pietate parentes,
Nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti.

DISTICHORUM MORALIUM.

CAP. IV.

SEcuram quicumque cupis deducere vitam,
Nec vitiis hærere animum, quæ moribus obsunt,
Hæc præcepta tibi semper relegenda memento.
Invenies aliquid tibi, quo te utare magistro.
Despice divitias, si vis animo esse beatus;
Quas qui suscipiunt, mendicant semper avari.
Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt,
Si contentus eo fueris, quod postulat usus.
Cùm sis incautus, nec rem ratione gubernes,
Noli fortunam, quæ non est, dicere cœcam.
Dilige denarium, sed parcè dilige formam,
Quem nemo Sanctus, nec honestus quærit habere.
Cùm fueris locuples, corpus curare memento,
Ægros dives habet nummos, sed non habet ipsum.
Verbera cùm tuleris, discens, aliquandò Magistri,
Fer patris imperium, cùm verbis exit in iram.
Res age, quæ prosunt, rursus vitare memento,
In quibus error inest, nec spes est certa laboris.

Quod

Quod donare potes, gratis concede roganti:
Nam rectè fecisse bonis, in parte lucrorum est.
Quòd tibi suspectum est, confestim discute quid sit;
Namque solent primò, quæ sunt neglecta nocere.
Cùm te detineat Veneris damnosa voluptas,
Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est.
Cùm tibi proponas animalia cuncta timere,
Unum tibi præcipio plus hominem esse timendum.
Cùm tibi prævalidæ fuerint in corpore vires,
Fac sapias animo; poteris sic fortis haberi:
Auxilium a notis petito, si fortè laboras,
Nec quisquam est melior medicus, quàm fidus amicus.
Cùm sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia est morte alterius sperare salutem.
Cùm tibi vel socium, vel fidum quæris amicum,
Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda.
Utere quæsitis opibus, fuge nomen avari:
Quid tibi divitiæ prosunt, si pauper abundas?
Si famam servare cupis, dum vivis, honestam,
Fac fugias animo, quæ sunt mala gaudia vitæ.
Cùm sapias animo, noli irridere senectam,
Nam cuicumque seni sensus puerilis inhæret.
Disce aliquid, nam cùm subitò fortuna recedit,
Ars remanet, vitamque hominis non deserit unquam.
Prospicito tecum tacitus quid quisque loquatur;
Sermo hominum mores, & celat, & indicat idem.
Exerce studium, quamvis perceperis artem;
Ut cura ingenium, sic & manus adjuvat usum.
Multum venturi ne cures tempora fati;
Non metuit mortem qui scit contemnere vitam.
Disce, sed a doctis; indoctos ipse doceto;

Pro-

'opaganda etenim rerum eſt doctrina bonarum.
oc bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus;
:orbi namque mali cauſa eſt quandoque voluptas.
ıudaris quodcumque palam, quodumque probaris,
oc cave ne rurſus levitatis crimine damnes.
:anquillis rebus, quæ ſunt adverſa caveto,
urſus in adverſis melius ſperare memento.
iſcere ne ceſſes: curâ ſapientia creſcit,
ıra datur longo prudentia temporis uſu.
.rcè laudato, nam quem tu ſæpe probaris,
na dies qualis fuerit monſtrabit amicus.
e pudeat, quæ neſcieris, te velle doceri;
ire aliquid laus eſt, turpe eſt nil diſcere velle.
ım Venere, & Baccho lis eſt, ſed juncta voluptas.
uod blandum eſt animo complectere, ſed fuge lites.
emiſſos animo, & tacitos vitare memento;
uà flumen placidum eſt, forſan latet altiùs unda.
ım tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum,
lterius ſpecta, quo ſit diſcrimine pejor.
uod potes id tenta, nam littus carpere remis
tus eſt multò, quàm velum tendere in altum.
ɔntra hominem juſtum pravè contendere noli;
mper enim Deus injuſtas ulciſcitur iras.
'eptis opibus noli mœrere dolendo,
d gaude potius, tibi cum contingat habere.
t jactura gravis, quæ ſunt, amittere damnis;
ınt quædam, quæ ferre decet patienter amice.
:mpora longa tibi noli promittere vitæ;
uòcunq; ingrederis, ſequitur mors corpus, ut umbra.
ıure Deum placa, vitulus ſine creſcat aratro,
e credas placare Deum, dum cæde litatur.

Cede

Cede locum læsus fortunæ, cede potenti.
Lædere qui potuit prodesse aliquandò valebit.
Cùm quid peccasti, castiga te ipse subindè.
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
Damnaris unquam post longum tempus amicum:
Mutavit mores, sed pignora prima memento.
Gratior officiis, quò sis mage charior, esto;
Ne nomen subeas, quod dicitur offici perdi.
Suspectus caveas, ne sis miser omnibus horis,
Nam timidis, & suspectis aptissima mors est.
Cùm servos fueris proprios mercatus in usus,
Ut famulos dicas, homines tamen esse memento.
Quàm primùm rapienda tibi est occasio prima;
Ne rursus quæras quæ jam neglexeris antè.
Morte repentina noli gaudere malorum;
Felices obeunt, quorum sine crimine vita est.
Cùm tibi sit conjux, nec res, sed fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.
Cùm tibi contigerit studio cognoscere multa,
Fac discas multa, & vites nil velle doceri.
Miraris verbis nudis me scribere versus?
Hos brevitas sensus fecit conjungere binos.

DE

MElius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ.
Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus.
ui ſectatur otium in egeſtate erit.
nicuique mandavit Deus de proximo ſuo.
ui tetigerit picem inquinabitur ab ea.
oli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.
gilate, quia neſcitis diem, neque horam.
l non occidat ſuper iracundiam veſtram.
uia parcè ſeminat, parcè & metet.
e homini, per quem ſcandalum venit.
vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.
on poteſtis Deo ſervire, & Mammonæ.
i eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.
multiloquio non deerit peccatum.
on coronabitur niſi qui legitimè certaverit.
pientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum.
oleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit,
non recedet ab ea.

DE CALENDIS.

Primum quemque diem Menſis dixere Calendæ,
Quintus dat Nonas, decimus dat tertius Idus,
Octobris verò Maji, Mavo tis, Juli
Septima lux Nonas, Idus quindena reportat.



Aprilis, Junius, Septemque, Novemque tricenos.
Uno plus reliqui, viginti Februus octo.
At ſi Biſextus fuerit, ſuperadditur unus,
Et tunc bis ſexto Martis, conſcribere Calendas.



DE TEMPORE.

Nec quæ præteriit, curſu revocabitur una,
Nec quæ præteriit, hora redire poteſt.
Utendum eſt ætate, cito pede labitur ætas.
Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit.
Ovid.



DE OCIO.

Ocia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptæque jacent, & ſine luce faces.
Ovid.

Al 1 di Gennajo cal. Jan.
2 Quarto non. Jan.
3 Tertio non. Jan.
4 Pridie non. Jan.
5 Nonis Jan.
6 Octavo idus Jan.
7 Septimo idus Jan.
8 Sexto idus Jan.
9 Quinto idus Jan.
10 Quarto idus Jan.
11 Tertio idus Jan.
12 Pridie idus Jan.
13 Idibus Jan.
14 Decimonon. c. Feb.
15 Decimooct. c. Feb.
16 Decimosept. c. Feb.
17 Decimos. c. Feb.
18 Decimoqui. c. Feb.
19 Decimoqua. c. Feb.
20 Decimot. c. Feb.
21 Duodecimo c. Feb.
22 Undec. c. Feb.
23 Decimo c. Feb.
24 Nono cal. Feb.
5 Octavo c. Feb.
6 Septimo c. Feb.
7 Sexto c. Feb.
8 Quinto cal. Feb.
9 Quarto c. Feb.
0 Tertio c. Feb.
1 Pridie c. Feb.

Al 1 di Febbrajo c. Feb.
2 Quarto non. Feb.
3 Tertio non. Feb.
4 Pridie non. Feb.
5 Nonis Feb.
6 Octavo idus Feb.
7 Septimo idus Feb.
8 Sexto idus Feb.
9 Quinto idus Feb.
10 Quarto idus Feb.
11 Tertio idus Feb.
12 Pridie idus Feb.
13 Idibus Feb.
14 Decimosex. c. Mar.
15 Decimoqui. c. Mar.
16 Decimoqu. c. Mar.
17 Decimoter. c. Mar.
18 Duodecimo c. Mar.
19 Undec. c. Mar.
20 Decimo cal. Mar.
21 Nono c. Mar.
22 Octovo c. Mar.
23 Septimo c. Mar.
24 Sexto c. Mart.
25 Quinto c. Mart.
26 Quarto c. Mart.
27 Tertio c. Mart.
28 Pridie c. Mart.

Nel Bisesto a 24, e 25.
Sext. cal. Martii.

Al

Al 1 di Marzo cal. Martii.
2 Sexto nonas Martii.
3 Quinto non. Mart.
4 Quarto non. Mart.
5 Tertio non. Mart.
6 Pridie non. Mart.
7 Nonis Mart.
8 Octavo idus Mart.
9 Septimo idus Mart.
10 Sexto idus Mart.
11 Quito idus Mart.
12 Quarto idus Mart.
13 Tertio idus Mart.
14 Pridie idus Mart.
15 Idibus Mart.
16 Decimosept. cal. Apr.
17 Decimosex. cal. Apr.
18 Decimoquin. cal. Apr.
19 Decimoquar. cal. Apr.
20 Decimoter. cal. Apr.
21 Duodecimo cal. Apr.
22 Undec. cal. Apr.
23 Decimo cal. Apr.
24 Nono c. Apr.
25 Octavo ca. Apr.
26 Septimo c. Apr.
27 Sexto c. Apr.
28 Quinto c. Apr.
29 Quarto c. Apr.
30 Tertio cal. Apr.
31 Prid. c. Apr.

Al 1 di Aprile. cal. Aprilis
2 Quarto nonas Apr.
3 Tertio non. Apr.
4 Pridie non. Apr.
5 Nonis Apr.
6 Octavo idus Apr.
7 Sept. idus Apr.
8 Sexto idus Apr.
9 Quinto idus Ap.
10 Quarto idus Ap.
11 Tertio idus Apr.
12 Pridie idus Apr.
13 Idibus Apr.
14 Decimoct. cal. Maji.
15 Decimosept. c. Maji.
16 Decimosext. c. Maji.
17 Decimoquin. c. Maji.
18 Decimoquar. c. Maji
19 Decimot. c. Maji.
20 Duodec. c. Maji.
21 Undec. c. Maji.
22 Decimo c. Maji.
23 Nono cal. Maji.
24 Octavo c. Maji.
25 Septimo c. Maji.
26 Sexto c. Maji.
27 Quinto c. Maji.
28 Quarto c. Maji.
29 Tertio c. Maji.
30 Pridie c. Maji.

Al

Al 1 di Maggio cal. Maji.
2 Sexto nonas Maji.
3 Quinto non. Maji.
4 Quarto non. Maji.
5 Tertio non. Maji.
6 Pridie non. Maji.
7 Nonis Maji.
8 Octavo idus Maji.
9 Septimo idus Maji.
10 Sexto idus Maji.
11 Quinto idus Maji.
12 Quarto idus Maji.
13 Tertio idus Maji.
14 Pridie idus Maji.
15 Idibus Maji.
16 Decimoſept. c. Jun.
17 Decimoſexto c. Jun.
18 Decimoqui. c. Jun.
19 Decimoq. c. Jun.
20 Decimot. c. Jun.
21 Duodecimo c. Jun.
22 Undec. c. Jun.
23 Decimo c. Jun.
24 Nono c. Jun.
25 Octavo c. Jun.
26 Septimo c. Jun.
27 Sexto c. Jun.
28 Quinto c. Jun.
29 Quarto c. Jun.
30 Tertio c. Jun.
31 Pridie c. Junii.

Al 1 di Giugno c. Junii.
2 Quarto non. Junii.
3 Tertio non. Junii.
4 Pridie non. Junii.
5 Nonis Jun.
6 Octova idus Jun.
7 Septimo idus Jun.
8 Sexto idus Jun.
9 Quinto idus Jun.
10 Quarto idus Jun.
11 Tertio idus Jun.
12 Pridie idus Jun.
13 Idibus Junii.
14 Decimoct. c. Julii.
15 Decimoſept. c. Jul.
16 Decimoſext. c. Jul.
17 Decimoqui. c. Jul.
18 Decimoq. c. Jul.
19 Decimot. c. Jul.
20 Duodec. c. Jul.
21 Undec. c. Julii.
22 Decimo c. Julii.
23 Nono c. Julii.
24 Octavo cal. Julii.
25 Septimo c. Julii.
26 Sexto c. Julii.
27 Quinto c. Julii.
28 Quarto c. Julii.
29 Tertio c. Jul.
30 Pridie c. Jul.

Al

Al 1 di Luglio cal. Julii.
2 Sexto nonas Julii.
3 Quinto non. Julii.
4 Quarto non. Julii.
5 Tertio non. Julii.
6 Pridie non. Julii
7 Nonis Julii.
8 Octavo idus Julii.
9 Septimo idus Julii.
10 Sexto idus Julii.
11 Quinto idus Julii.
12 Quarto idus Julii.
13 Tertio idus Julii.
14 Pridie idus Julii.
15 Idibus Julii.
16 Decimoſept. c. Aug.
17 Decimoſexto c. Aug.
18 Decimoqui. c. Aug.
19 Decimoq. c. Aug.
20 Decimot. c. Aug.
21 Duodecimo c. Aug.
22 Undec. c. Aug.
23 Decimo c. Aug.
24 Nono c. Aug.
25 Octavo c. Aug.
26 Septimo c. Aug.
27 Sexto c. Aug.
28 Quinto c. Aug.
29 Quarto c. Aug.
30 Tertio c. Aug.
31 Pridie c. Aug.

Al 1 di Agoſto c. Aug.
2 Quarto non. Aug.
3 Tertio non. Aug.
4 Pridie non. Aug.
5 Nonis Aug.
6 Octova idus Aug.
7 Septimo idus Aug.
8 Sexto idus Aug.
9 Quinto idus Aug.
10 Quarto idus Aug.
11 Tertio idus Aug.
12 Pridie idus Aug.
13 Idibus Aug.
14 Decimonon. c. Sept.
15 Decimoct. c. Sept.
16 Decimoſept. c. Sept.
17 Decimoſext. c. Sept.
18 Decimoqui. c. Sept.
19 Decimoq. c. Sept.
20 Decimot. c. Sept.
21 Duodec. c. Sept.
22 Undec. c. Sept.
23 Decimo c. Sept.
24 Nono c. Sept.
25 Octavo cal. Sept.
26 Septimo c. Sept.
27 Sexto c. Sept.
28 Quinto c. Sept.
29 Quarto c. Sept.
30 Tertio c. Sept.
31 Pridie c. Sept.

Al 1 di Settemb. cal.Sept.
2 Quarto nonas Sept.
3 Tertio non. Sept.
4 Pridie non. Sept.
5 Nonis Sept.
6 Octavo idus Sept.
7 Sept. idus Sept.
8 Sexto idus Sept.
9 Quinto idus Sept.
10 Quarto idus Sept.
11 Tertio idus Sept.
12 Pridie idus Sept.
13 Idibus Sept.
14 Decimoct. cal. Oct.
15 Decimoſept. c. Oct.
16 Decimoſext. c. Oct.
17 Decimoquin. c. Oct.
18 Decimoquar. ç. Oct.
19 Decimot. c. Oct.
20 Duodec. c. Oct.
21 Undec. c. Oct.
22 Decimo c. Oct.
23 Nono cal. Oct.
24 Octavo c. Oct.
25 Septimo c. Oct.
26 Sexto c. Oct.
27 Quinto c. Oct.
28 Quarto c. Oct.
29 Tertio c. Oct.
30 Pridie c. Oct.

Al 1 di Ottobre cal. Oct.
2 Sexto nonas Octob.
3 Quinto non. Oct.
4 Quarto non. Octob.
5 Tertio non. Octob.
6 Pridie non. Oct.
7 Nonis Oct.
8 Octavo idus Oct.
9 Septimo idus Oct.
10 Sexto idus Oct.
11 Quito idus Oct.
12 Quarto idus Oct.
13 Tertio idus Oct.
14 Pridie idus Oct.
15 Idibus Oct.
16 Decimoſept. c.Nov.
17 Decimoſex. cal.Nov.
18 Decimoquin. c. Nov.
19 Decimoquar. c. Nov.
20 Decimoter. cal. Nov.
21 Duodecimo cal. Nov.
22 Undec. cal. Nov.
23 Decimo cal. Nov.
24 Nono c. Nov.
25 Octavo cal. Nov.
26 Septimo c. Nov.
27 Sexto c. Nov.
28 Quinto c. Nov.
29 Quarto c. Nov.
30 Tertio cal. Nov.
31 Prid. c. Nov.

Al

Al 1 di Novemb. c. Nov.
2 Quarto non. Nov.
3 Tertio non. Nov.
4 Pridie non. Nov.
5 Nonis Nov.
6 Octavo idus Nov.
7 Septimo idus Nov.
8 Sexto idus Nov.
9 Quinto idus Nov.
10 Quarto idus Nov.
11 Tertio idus Nov.
12 Pridie idus Nov.
13 Idibus Nov.
14 Decimoct. c. Dec.
15 Decimoſept. c. Dec.
16 Decimoſ. c. Dec.
17 Decimoqui. c. Dec.
18 Decimoqua. c. Dec.
19 Decimot. c. Dec.
20 Duodecimo c. Dec.
21 Undec. c. Dec.
22 Decimo c. Dec.
23 Nono cal. Dec.
24 Octavo c. Dec.
25 Septimo c. Dec.
26 Sexto c. Dec.
27 Quinto c. Dec.
28 Quarto cal. Dec.
29 Tertio c. Dec.
30 Pridie c. Dec.

Al 1 di Dicembr. c. Dec.
2 Quarto non. Dec.
3 Tertio non. Dec.
4 Pridie non. Dec.
5 Nonis Dec.
6 Octavo idus Dec.
7 Septimo idus Dec.
8 Sexto idus Dec.
9 Quinto idus Dec.
10 Quarto idus Dec.
11 Tertio idus Dec.
12 Pridie idus Dec.
13 Idibus Dec.
14 Decimonon. c. Jan.
15 Decimoct. c. Jan.
16 Decimoſept. c. Jan.
17 Decimoſex. c. Jan.
18 Decimoqui. c. Jan.
19 Decimoqu. c. Jan.
20 Decimoter. c. Jan.
21 Duodecimo c. Jan.
22 Undec. c. Jan.
23 Decimo cal. Jan.
24 Nono c. Jan.
25 Octavo c. Jan.
26 Septimo c. Jan.
27 Sexto c. Jan.
28 Quinto c. Jan.
29 Quarto c. Jan.
30 Tertio c. Jan.
31 Pridie c. Jan.

FINIS.